UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

Parochorum obligatio celebrandi, nu. 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

Visual Library

tant. Nihilominus cum aliis *a* cenſeo, Sacerdotem, qui numquam toto vitæ ſuæ tempore ; ſacrificat, dummodo in Paſchate communicet, ſaltem mortaliter non peccaturum, ex eo præciſe, quod non ſacrificet. Ratio eſt, quia non apparet præceptum cum tanto rigore obligans, ut late habent citati Doctores.

Parochorum obligatio celebrandi.

2. QUoad Parochum, certum eſt *b* obligari vel per ſe vel per alium curare, ut quando ejus parochiani obligantur audire ſacrum, celebretur Miſſa, quia ad hoc recipi ſtipendium, & tale munus acceptant, extra id tem-

a *Gabr. Sotus. Caet. Victoria alÿique apud Fag. 1 Eccl. prac l 3. c. 15. n. 1. Adde Delugo de Euch d 20. ſec. 1 n. 2. vide etiam Suar. de Sacr. d. 80 ſect. 1 §. Hac res, & Narch. de ord t 3. p 2. c. 36.*

b *Coninch. de Sacr. q 83 art. 2. d. 1. n. 202. Conc. Trid. ſeſſ. 2. c. 14.*

tempus, ablata legitima conſuetudine vel lege, vel pacto, non *a* ſunt obligandi parochi ad ſacrificandum, quia tale præceptum, in jure non adeſt. In Natali Domini, ſicuti uni Miſſæ obligantur intereſſe Fideles, ſic, & unam celebrare, quantum eſt ex hoc capite tenebitur *b* Parochus.

Denique an idem teneatur applicare aliquam Miſſam pro ſuis ovibus, vide infra l. 2. c. 2. §. 16.

Capellani, & Beneficiati obligatio celebrandi, remiſſivè.

1. IAm Capellaniam, vel Beneficium habentes certum eſt obligari ad eas Miſſas eo tempore celebrandas, quas juxta Fundationem, vel pactum debent: Sed de hac materia ſparſim, multa, libro tertio, differemus.

Obliga-

a *March. de ord. tr. 3. p. 2. c. 30. n. 3.*

b *Fagund. 1. Eccleſ. præcept. c. 16. num. 2.*